in pane et aqua poenitere debes. Fecisti fornicationem, ut quidam solent facere, ita dico, ut tu in manum tuam veretrum alterius acciperes, et alter tuum in suam manum, et sic alternatim veretra manibus vestris commoveretis, ut sic per illam delectationem semen a te projiceres: si fecisti, XXX dies in pane et aqua poeniteas. Fecisti solus tecum fornicationem, ut quidam solent facere, ita dico, ut tu ~~in manum tuam~~ ipse tuum virile membrum in manum tuam acciperes, et sic duceres (duceres?) praeputium tuum et manu propria commoveres, ut sic per delectationem semen a te projiceres. Si fecisti, X dies in pane et aqua poeniteas. Fecisti fornicationem, ut quidam solent facere, ut tuum virile membrum in lignum perforatum aut in aliud foramen hujusmodi immitteres, ut sic per illam commotionem et delectationem semen a te projiceres. Si fecisti, XX dies in pane et aqua poeniteas."

Aehnliche Canones. Ungefähr kommt in einem liber poenit. der Weissb. Bibl. vor, s. Kopp Bilder u. Schr. I,185.

Item de feminis inter alia fol. 17a.

„Fecisti quod quaedam mulieres facere solent, quando libidinem se vexantem extingere volunt, quae se conjungunt, quasi coire debeant, et si possunt, conjungunt invicem puerperia sua et sic confricando pruritum illarum extingere desiderant. Si fecisti, quadragesimas tres per legitimas ferias poeniteas.

Cod. membr. folior. 95 in 4.° maj., sec. XII exaratus, cum titulis et litt. initial. rubricatis, cujus ultima folia aqua sunt corrupta. Fol. 95a legitur: „Iste liber est ecclesiae S. Georgii in Herhogenburch (?)" Unde aut quando ad Reg. bibl. accesserit, non invenio. Götzius de illo retulit in Memorr. II, 195. (Elect. 448.)

b) Interiori parti integumenti anterioris et posterioris bibliopegus duo folia ex codice quodam carminum Virgilii sec. X. exarato affixit, e quibus